

munione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis di-

Clause.

§.2. Decernentes easdem presentes literas,

§.3. Non obstantibus premissis, ac Aposto-

§.4. Volumus autem, ut earumdem presen-

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Ma-

CLXXXII.

Confirmantur Decreta Card. Protectoris pro

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Exponi nobis nuper fecerunt dilecti Fratres

nis Fratrum B.M. Virginis de Monte Carmelo,

Prædicta Decreta edita fuerunt a Cardin. Protectoris recepta a Congr. Episc. & Regula.

Species facti.

§.1. Palutius de Alteriis S.R.E. Cardinalis

Primo. Quia in presenti rerum circumstan-

tia vix sperari potest, ut in omnibus Conventibus

Tria Cenobia seculantur pro reformatione.

De Gradu-  
tis.

De Cenobio-  
rum disposi-  
tione, & Vi-  
carii Provin-  
cialis auctori-  
tate.

De Vicariis  
Provincialibus  
solutione.

Provincialem eligi poterit, qui in Capitulo de-

Quinto. Semper Vicarius Provincialis man-

Sexto. Poterit singulis triennii sine cujuscumque

Septimo. Juxta articulos D. Philippini sem-

Octavo. Non poterit Vicarius consentire, ut ullus suorum

Nono. Nullus etiam ex aliis Conventibus in istis

Decimo. Conventus semel in anno visitantur,

Undecimo. Virtute suprascriptorum Decretorum nec sunt,

decem dierum solemniter coram Sanctissimo suam

Secundo. Quia compertum est, istius reformationis

Tertio. Prefatos tres Conventus colendæ isti strictiori observantæ

Quarto. Vicarius Provincialis eligetur a personis,

De ejus muneris duramitate.

De Cenobis aggregandis.

De Diffinitores Provincialis.

De Religiosis mittendis, & recipiendis.

Iterum de eisdem.

De Visitacione.

De Visitacionibus, & Vita Communium.

S. 9. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae voluntatis, innovationis, confirmationis, approbationis, roboris, dispositionis, decreti, executionis, mandati, declarationis, improbationis, annulationis, cassationis, & institutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicae millesimo sexcentesimo octuagesimo septimo. Quarto Idus Maji, Pontificatus nostri Undecimo.

Subscriptio-  
nes.

Ego Innocentius Catholicae Ecclesiae Episcopus.



Ego Nicolaus Episcopus Olienſis Cardinalis Ludoviciſ Decanus.

Ego Alderannus Episcopus Portuensis Cardinalis Cybo.

Ego Petrus Episcopus Tusculanus Cardinalis Ottobonus.

Sequuntur subscriptiones aliorum DD. Cardinalium.

CLXXXVII.

Dat. 17. Maii 1687. An. 11. Confirmantur quadam Decreta Capituli Generalis Fratrum B. M. de Mercede Redemptionis Captivorum anno 1686. edita.

Conſl. ed. 1687., Apr. 19., P. II, extat Decretum de pecuniis mutuo accipiendis a Superioribus, Et Inn. XII. Conſl. ed. 1691., Decem. 7., P. I. confirmantur Conſl. Ordinis.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

Militantis Ecclesiae regimini per ineffabilem divinae bonitatis abundantiam, nullo licet meritum nostrorum suffragio, praesidentes, eaque pro felici, prosperoque Christianitatis, qui fluctibus saeculi in Portum religiosae vite

confugiunt, & vota sua Altissimo in Sanctitate, & justitia assidue reddere satagunt, regimine, & Gubernio, ac Religionis incremento provide, prudenterque constituta, & ordinata esse noscuntur, ut firma semper, atque inviolata persistant, Apostolici muniminis nostri patrocinio, cum id a Nobis petatur, libenter confirmamus.

S. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Bartholomaeus de Ribero Vicarius, & in Romana Curia Procurator Generalis Ordinis Fratrum Beatae Mariae de Mercede Redemptionis Captivorum, in Sacra Theologia Magister, quod in Capitulo Generali dicti Ordinis, illiusque Diffinitorio die prima Junii anni proxime praeteriti 1686. a dilectis pariter filiis Magistro Generali, & Diffinitorio ejusdem Ordinis unanimi consensu edita, & promulgata fuerunt nonnulla Statuta, seu Decreta tenoris, qui sequitur, videlicet.

S. 2. Cuiusmodi Sanctorum Diffinitorium majores in toto Ordine progressus literarum cum profectu legentium Philosophiam, & Sacram Theologiam, utilitatemque Discipulorum tamquam praecipuum fundamentum, & origo totius aetimationis Religionis, augmentumque ejus in spiritualibus, & temporalibus, inviolabili Constitutione, & statuto decernit, ut qui deinceps cursum lecturae operam daturi fuerint, ut Gradus Praesentatorum, & Magistrorum obtineant, indispensabilem se exercent in officio Lectorum per spatium quindecim annorum, ita taliter, ut qui gradum Praesentati de justitia obtenturi sint, prius se exercent in officio Lectoris per spatium octo annorum, quorum approbatio facta sit a Capitulo Provinciali suae Provinciae. Qui autem obtenturi fuerint gradum Magistri similiter de justitia, ultra illos octo annos lecturae requisitos ad gradum Praesentati per alios septem annos, etiam a Capitulo Provinciali approbato, in lectura se exercent. Decernens in praesenti Decreto non comprehendit Patres Lectores qui actualiter legunt Sacram Theologiam.

Item circa praesentem materiam decernit Sanctum Diffinitorium, quod Patres Lectores, qui per spatium praedictorum quindecim annorum Philosophiam, ac Sacram Theologiam legent, si nondum gradum Praesentati obtulerint, fruuntur titulo Lectorum jubilatorum, cum omnibus gratiis, exemptionibus, & praerogativis, quibus gaudent Patres Praesentati, excepto dumtaxat voto, & cum praecedentia in loco ad omnes illos, qui non sunt Praesentati de justitia, tanquam si essent ultimi Praesentati de justitia, & servata inter ipsos Lectores praecedentia secundum antiquitatem lecturae.

Praeterea quoniam magna experta sunt damna, & inconvenientia ex hoc, quod in Provincia Ordinis eligantur suffragia vocem habentia in Capitulo Generali, eo praecise si forte aliquis in Capitulo Provinciali impediri contingerit, decernit, & stricte praecipit hoc statuto Diffinitorium, ut in posterum nulla causa, colore, vel praetextu questio, tale suffragium in aliqua Provincia eligi possit, nisi evidenter authenticum, & fide digno Testimonio constet de legitimo impedimento illius qui ad talem vocem habendam in Capitulo Generali electus fuerat Capitulo Provinciali suae Provinciae, aliter au-

Decreta praedicta sunt infrequentia.

De Lectoribus.

De non Vocalibus.

De Alternativa.

De Procure-tore Gen. in Curia Romana.

De Visitatoribus Indiarum.

De Vocalibus in Capitulo Gen.

De Vicariis Provincialibus.

sem factam praedictam electionem Sanctum Diffinitorium cassat, irritat, atque nullam fuisse declarat, & talem electum incapacem habendi vocem, seu suffragium in aliqua functione dicti Capituli.

Deinde considerans Sanctum Diffinitorium magna, & intolerabilia dispendia, quae sunt in Capitulis, tam Generalibus, quam Provincialibus causa Religiosorum, qui non vocati, nec de corpore sunt Capituli, nec functionem in ipso habent, & tamen in excessivo numero ad Capitulum concurrunt, praecipit sub poena excommunicationis majoris latae sententiae, trina canonica monitione de jure praemissa, ipso facto incurrenda, & sub poena privationis vocis activae, & passivae in perpetuum, quibus poenis, & censuris irremissibiliter punietur in eis incurrens, quod nullus Religiosus cujuscumque gradus, qualitatis, vel conditionis extiterit ire, vel intrare praesumat in Capitulum, vel Domum Capituli, nisi sit de corpore ipsius Capituli, vel de licentia Reverendissimi Patris Generalis, vel Vicarii Generalis totius Ordinis.

Cum etiam pervenisset ad notitiam hujus Sancti Diffinitorii magnas subortas esse perturbationes in Provincia Italiae, ob non servatam alternativam inter Fratres Italos, & Hispanos in provisione officiorum vacantium: resolutorie praecipit, ut in posterum indispensablem observetur praedicta alternativa, & concordia inter Italos, & Hispanos.

Item cognoscens hoc Sanctum Diffinitorium quam multum conducat bono communi Religionis, quod RR. PP. Vicarii Generales Italiae intersint Capitulis Generalibus, ut tanquam Procuratores Generales Ordinis in Curia Romana referant Diffinitorio Generali rationem certam, & statutum negotiorum penditium in ipsa Curia, declarat, & decernit, quod in posterum Procurator Generalis Ordinis in Curia Romana, qui vocatus accesserit ad Capitulum Generale etiam tantum sit insignitus gradu Praesentati, vocem, & suffragium habeat in Capitulo, tam quoad electionem Reverendissimi Magistri Generalis, quam ad omnes alias functiones Diffinitorii Generalis.

Animadvertens etiam Sanctum Diffinitorium gravissima damna, & inconvenientia, quae sequuntur in Provinciis Indiarum, ex hoc quod RR. PP. Vicarii Generalis earum instituunt Visitatores Provinciarum, vel Conventuum Religiosos non Praesentatos, nec Magistros, & similiter ex eo, quod re non debita maturitate considerata, socios suos officii, & honoribus dictarum Provinciarum afficiunt, decernit, & praecipit RR. PP. Vicariis Generalibus Indiarum, quod in posterum non audeant, nec possint nominare, vel instituere Visitatorem aliquem, qui non sit adminus Praesentatus, nec conferre officium, vel honorem Religioso alicui, si non sit ejus socius, si non, nisi post quinquennium completum a die adoptionis ejus in filium illius Provinciae, in qua officium, vel honorem, consequuturus sit.

Attendens Sanctum Diffinitorium gravia, & inconvenientia, quae possunt oriri ex eo quod RR. PP. Provinciales, qui a nostra Constitutione facultatem habent creandi Vicarios Provinciales suarum Provinciarum in casibus ibi expressis eligant ad hoc munus Religiosos non Ma-

gistros, nec Praesentatos: decernit, & praecipit dictis RR. PP. Provincialibus, quod in posterum in casibus Constitutionis non possint instituere Vicarium Provinciale eum qui ad minus non sit insignitus gradu Praesentati.

Considerans hoc Sanctum Diffinitorium, & tota attentione perpendens infatigabilem laborem, vigilantiam, industriam, & zelum R. P. M. Fr. Ferdinandi de Carvajal, & Rivera in promovendis causis Religionis in Curia Romana, dum in ea Procurator Generalis existeret, primo refert illi debitas gratias, deinde declarat, quod in virtute literarum Apostolicarum, quas impetravit etiam tale munus Procuratoris Generalis Curiae non obierit per totum tempus a nostra Sacra Constitutione praefixum, est, & manet Pater Provinciae Castellae cum omnibus honoribus, gratiis, exemptionibus, & praerogativis, quibus gaudet, & gaudere solent omnes dictae Provinciae Patres de Justitia.

Confirmat Sanctum Diffinitorium Decretum Capituli Generalis celebrati in Conventu Carraracensi anno 1676., in quo praecipitur, quod in Domibus, seu Conventibus studiorum non possint esse plures, quam tres Lectores Sacrae Theologiae in unoquoque, exceptis Conventibus Principatus Cataloniae, in quibus, quia pauci sunt ratione devastationis belli praeteriti, esse poterunt in unoquoque quatuor Lectores Sacrae Theologiae.

Similiter confirmat Decretum ejusdem Capituli Generalis jam etiam confirmatum in Capitulo Generali proxime praeterito Oesae celebrato anno 1682. quo praecipitur ne possit admitti in aliqua Provincia gradus aliquis de gratia, nisi praevio rigoroso examine, & insuper decernit Sanctum Diffinitorium, quod PP. Magistri de gratia possint praecedere in locum sedendi Patres Praesentatos de Justitia, quin praesenti Decreto intelligatur comprehendi Patres Magistros de gratia, qui actualiter inveniuntur in possessione talis praecedentiae.

Ad obvianda inconvenientia, & tollendas de medio omnes confusiones, decernit Sanctum Diffinitorium, non posse RR. PP. Secretarios Reverendissimi P. N. Magistri Generalis frui exemptionibus ipsis assignatis, quin prius per spatium completi quinquennii dictum officium, exercerint, & hoc sine praedictis eorum, qui usque nunc fuerunt Secretarii Generales.

Similiter decernit Sanctum Diffinitorium inviolabiliter observari, quae stabilita sunt in Capitulis Generalibus circa locum, quem debent habere PP. Secretarii RR. PP. Vicariorum Generalium Indiarum.

Considerans tandem Sanctum Diffinitorium inconvenientia, quae oriuntur ex reassumptione officiorum, ita ut Reverendi Patres Provinciales absoluti sint, & reeligantur Vicarii Provinciales, decernit, & praecipit, quod dicti Reverendi Patres Provinciales absoluti non possint reelegi ad officium Provincialis, etiam per renunciationem vacaverit, nisi tractatis duobus trienniis.

Circa expressionem gratiarum, exemptionum, & praerogativarum, quibus frui, & gaudere debent Patres Magistri, & Praesentati remittit se Sanctum Diffinitorium Congregationi, ut supra numer. 6. erigenda ad disposi-

De Patre Ferdinando de Carvajal.

De numero Lectorum.

De Graduati-  
onibus ex Gratia.

De Secretariis.

De Provinci-  
alibus.

De Magistris  
& Praesentatis.

CLXXXV.

Dat. 10. Apr.  
1687. An. 11.

Confirmatur Decretum Congregationis Episc.,  
& Reg. declarans Superioribus Localibus Fratrum  
Discalceatorum B. M. de Mercede Redemp.  
Captivorum non licere pecunias mu-  
tuo accipere, nisi juris ordine servato.

Aliud Decretum pro Magistro Generali circa electio-  
nem Magistrorum extat. Const. ed. 1683., Decem-  
bris 18., P. 8., & nonnulla statuta Capituli Ge-  
ner. referuntur. Const. ed. 1687., Maii 15., P. 11.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Species facti.

**N**uper pro parte dilecti filii Caroli a Matre  
Dei Procuratoris Generalis Congregatio-  
nis Fratrum Ordinis Beate Mariae de Mercede  
Redemptionis Captivorum, Discalceatorum,  
nuncupatorum Congregationi Vener. Fratrum  
nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Con-  
sultationibus Episcoporum, & Regularium præ-  
posita, exposito, quod dilectus pariter filius Vi-  
carius Generalis dictæ Congregationis Fratrum  
Discalceatorum cognoverit in eadem Congre-  
gatione, a nonnullis Superioribus localibus in-  
troducendum fuisse ab usum consumendi Capitalia  
pecuniarum sub titulo mutui, cum sola licentia  
unius ex Superioribus majoribus ipsius Congre-  
gationis, ipsosque Superiores locales subinde ad  
restitutionem obligatos allegare impossibilitatem,  
eo quod pecunie huiusmodi in solutionem  
æris alieni, aliasque necessitates erogate fuerint,  
atque ita conventus in perpetuum aggravatos  
remanere, cum pecunie sic mutuo acceptæ con-  
sumantur, contra Apostolicarum Constitutio-  
num, & Decretorum Conciliarium dispositio-  
nem, ac proinde idem Vicarius Generalis man-  
daverit ipsi Carolo Procuratori Generali, ut a  
præfate Congregatione Cardinalium prohiberi  
obtineret omnibus Superioribus eorumque  
gradus præfate Congregationis Fratrum Discal-  
ceatorum, ne in futurum facultatem concederent  
recipiendi mutuo capitalia pecuniarum, nec  
illa consumerent, nisi servato juris ordine: Ema-  
navit ab eadem Congregatione Cardinalium  
Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet. Sa-  
cra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Car-  
dinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum,  
& Regularium præposita, attentis nar-  
ratis, censuit prædictis Religiosis non licere  
enunciatas pecunias mutuo accipere nisi juris  
ordine servato. Romæ 20. Martii 1687. G. Car-  
dinalis Carpineus B. Panciatius Secretarius.

Peccata Proc.  
Fratris Gen.

§. 1. Cum autem sicut dictus Carolus Procurator  
Generalis nobis subinde exponi fecit, ipse  
Decretum huiusmodi, quo firmius subsistat, &  
servetur exactius, Apostolica confirmationis  
nostræ patrocinio communiti plurimum desideret:  
nos ipsum Carolum Procuratorem Genera-  
lem specialibus favoribus, & gratiis prosequi  
volentes, & a quibusvis excommunicationis sus-  
pensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis  
Sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab ho-  
mine qua vis occasione, vel causa latis, si quibus  
quomodolibet innodatus extitit ad effectum  
præsentium dumtaxat consequendum harum se-  
rie absolventes, & absolutum fore censentes,

supplicationibus ejus nomine nobis super hoc  
humiliter porrectis inclinatis, Decretum præin-  
sertum auctoritate Apostolica tenore præsentium  
confirmamus, & approbamus, illique in violabilis  
Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva  
tamen semper in præmissis auctoritate memo-  
ratæ Congregationis Cardinalium.

Confirmatio  
relati Decre-  
ti.

§. 2. Decernentes easdem præfentes Literas,  
semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore,  
suosque plenarios, & integros effectus sortiri,  
& obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro  
tempore spectabit, inviolabiliter observari: sic-  
que in præmissis per quoscumque Judices Ordina-  
rios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apo-  
stolici Auditores, judicari, & definiti debere; ac  
irritum, & inane, si secus super his a quoquam,  
quavis auctoritate scienter, vel ignoranter con-  
tigerit attentari.

Clausula.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, &  
Ordinationibus Apostolicis, & quatenus opus sit  
dictæ Congregationis Fratrum Discalceatorum,  
etiam Juramento, Confirmatione Apostolica,  
vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, &  
consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, &  
Literis Apostolicis in contrarium præmissorum  
quomodolibet concessis, confirmatis, & innova-  
tis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores  
præsentibus pro plene, & sufficienter expres-  
sis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in  
suo robore permanentibus, ad præmissorum effe-  
ctum, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse  
derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut earundem præsen-  
tium Literarum transcriptis, seu exemplis, etiam  
impressis, manu alicujus Notarii publici subscri-  
ptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate  
constitutæ munitis, eadem fides ubique locorum,  
tam in judicio, quam extra illud habeatur, quæ  
haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ,  
vel ostense.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem,  
sub Anhulo Pisc. die XIX. Apr. MDCLXXXVII.  
Pontificatus Nostri Anno Undecimo.

CLXXXVI.

Confirmantur, & innovantur quædam Pontifi-  
cum Constitutiones in Urbe Roma Franchitia-  
rum nomen abolentes, & nova poena in con-  
travenientes constituitur.

Dat. 12. Maji  
1687. An. 11.

Præter hic velatas, & laudatas Constitutiones extat  
alia ed. 1677., Aug. 14., P. 1. de Franchitiis  
in Dohana Urbis, & Innoc. XII. Const. ed. 1692.  
Maii 8., P. 1. igitur de remissione facinorosis viris  
non concedendo.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

Servus Servorum, DEI Ad perp. rei memor.

**C**UM alias sel. rec. Julius Papa III. prædeces-  
sor noster infra scriptam Constitutionem  
ediderit, cujus tenor est Julius Episcopus Ser-  
vus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.  
Cum Civitates, & loca omnia, in quibus Sanctis-  
simum Christi nomen colitur, deceat esse faci-  
norosis hominibus expiata, atque purgata, nemo  
est, qui non intelligat, quam maxime oporteat  
Almam

Constitutio  
Julii III. an.  
1552.

Almam Urbem nostram Apostolorum Petri, &  
Pauli, ac tot Martyrum Sanguine consecratam,  
in qua Summus Pontifex cum sacro Cardina-  
lium Collegio residet, & ad quam ex omnibus  
Mundi partibus, veluti ad Portum saluberrimum  
Gentes confluunt, quæ denique communis om-  
nium Patria censetur, esse ipsis facinorosis ho-  
minibus vacuum. Sane cum a diversis Pontifi-  
cibus Prædecessoribus nostris plures Consti-  
tutiones adversus Homicidas, Sicarios, Latrones,  
Sacrilegos, Raptores, aliosque facinorosos ho-  
mines, eorumque Fautores, & Receptatores,  
sine quibus Delinquentes diutius latere non pos-  
sunt, editæ fuerint, quæ vel temporum iniqui-  
tate, vel ad senium, & occasum vergentis sæculi  
corruptela, aut Magistratuum negligentia mi-  
nus custodiuntur, & observantur, ac fere in  
desuetudinem abierunt: opera pretium censuim-  
us Constitutiones ipsas approbare, & innovare,  
prout illas mota proprio, & ex certa scientia  
cum omnibus, & singulis censuris, & poenis in  
eis contentis harum serie approbamus, & innovamus.  
Et insuper quia (sicut accepimus) quorundam  
eo usque processit licentia, ut non solum  
Homicidas, & Facinorosos, ac alios præ-  
dictos contra jus, & Sacram Constitutionum  
prædictarum prohibitionem receptare audeant,  
sed etiam Domos suas, necnon vias publicas,  
& plateas, quæ circa Domos sunt Facinorosis  
ipsis tutum refugium, & quasi Portum esse ve-  
lunt, signatis etiam Franchitarum nomine quod-  
dammodo limitibus in via, quos Justitiæ Mini-  
stros ingredi non liceat. Nos abominabile, &  
detestandum Franchitarum huiusmodi nomen  
penitus abolemus, & perpetuo abolitum fore  
decernimus. Volumus autem causarum Capitalium  
Judicibus, Baricellis, Apparitoribus, &  
aliis Justitiæ Præfectis, & Ministris, quascum-  
que vias, & plateas, Aedes, & Domos ad requi-  
rendos, capiendos, & debitis poenis efficiendos  
facinorosos homines, die, nocteque liberare, &  
aperatas esse. Si quis autem post hujus nostræ vo-  
luntatis declarationem, Franchitiam huiusmodi  
adhuc habere, & tueri, ac illorum prætextu, aut  
alias quomodolibet Justitiæ Ministris, in execu-  
tione eorum Officii impedire præsumserit, etiam  
si Baronus, Domicellus, Comes, Dux, Principis  
cujusvis Orator, aut (quod futurum, minime  
credimus) Episcopus, Archiepiscopus, Patriar-  
cha, aut etiam S. R. E. Cardinalis extiterit, no-  
verit se amissionis gratiæ, ac benevolentæ no-  
stræ, necnon correctionis, & emendationis, prout  
Nobis juxta circumstantiarum qualitatem vide-  
bitur, poenas ipso facto incursum. Si quis vero  
in tantam decreverit audaciam, ut etiam vio-  
lenter, & manu armata ipsis Justitiæ Ministris se  
opponere, & resistere ausus fuerit, tam facientes,  
quam mandantes, eo ipso crimen læsæ majestatis  
incurrere declaramus, & pro illius condigna  
ultione, si ultra Justitiæ Ministris majori manu  
opus fuerit, precipimus dilecto filio Nobili Viro  
Camillo Ursino Domicello Romano, ac alteri  
cuicumque pro tempore Militiæ nostræ tempo-  
ralis Generali Governatori, & custodia Palatii  
nostri Ducibus, tam pedestribus, quam equestribus,  
ac Conservatoribus, & Capitibus Regionum  
ipsius Almae Urbis, ut contra opposcentes, &  
resistentes huiusmodi, tanquam Justitiæ, pacis,  
& quietis perturbatores, nostrosque, & hujus  
S. Sedis Rebellenes, acriter suo brachio Seculari

insurgant, ac eos Mann Regia, & nulla tela  
judiciaria servata, severissime puniendos capi, &  
carceribus mancipari faciant. Non obstantibus  
quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus  
Apostolicis, privilegiis quoque, Indultis, statutis,  
& consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.  
Ut autem præmissa omnia ad eorum,  
quorum interest, notitiam deducantur,  
nec aliquis de eis ignorantiam justè prætere  
possit, volumus, & Apostolica auctoritate de-  
cernimus, quod præfentes Literæ per aliquos Curie  
nostræ Cursores ad Basilicam Principis Apo-  
stolorum de Urbe, & Ecclesiam Lateranensem Val-  
vas, dum imbi Populi multitudo ad Divinam  
audienda convenerit, palam, & clara voce le-  
gantur, & lectæ in Basilica, & Ecclesia hujus-  
modi, ac Cancellariæ Apostolicæ Valvis, necnon  
in Acie Campi Floræ affigantur, ubi ad lectio-  
nem, & notitiam cunctorum aliquandiu affixæ  
pendeant, & cum inde amovebuntur, earum  
exempla in eisdem locis remaneant affixæ.  
Quodque earum transcriptis manu Notarii pu-  
blici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in-  
dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, certa  
& indubitata fides adhibeatur, prout præsentibus  
Literis adhibetur, si forent exhibitæ, vel ostense.  
Nulli ergo omnino hominum liceat hanc pa-  
ginam nostræ approbationis, innovationis, aboli-  
tionis, Decreti, voluntatis, declarationis, &  
præcepti infringere, vel ei ausu temerario con-  
trahere. Si quis autem hoc attentare præsumperit  
indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum  
Petri, & Pauli se noverit incursum. Datum  
Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Do-  
minicæ millesimo quingentesimo quinquagesimo  
secundo Decimo Kal. Octobris Pontificatus No-  
stri Anno Tertio.

Clausula.

§. 2. Deinde rec. mem. Pius Papa IV. etiam  
prædecessor noster vestigiis prædecessoris in-  
hærens aliam publicavit Constitutionem, quæ sic  
habet. Pius Episcopus Servus Servorum Dei. Ad  
futuram rei memoriam. Inter ceteras quibus ex  
injuncto Nobis Apostolicæ servitutis officio as-  
sidue angimur, cura illa Nobis præcipue cordi est,  
ut Alma Urbs nostra, ad quam omnes Christi-  
deles ex universis Mundi partibus veluti ad tutis-  
simum refugium confluunt, facinorosis Homi-  
nibus expurgata, & penitus vacua permaneat,  
ac in ea boni omnes quieta securitate fruantur,  
locus relinquatur; & ii, qui a Magistratibus Jus-  
diciariis Justitiam consecuti fuerint, illius etiam  
executionem libere, ut decet contra condemna-  
tos, ubicumque eos moram trahere contigerit,  
consequantur. Sane cum non sine animi nostri  
perturbatione acceperimus, nonnullos tam ob-  
crimina per ipsos commissa, quam ob debita  
contracta, sibi ipsis a Ministris, & Executoribus  
Justitiæ timentes, ad ædes Magnatum, & præ-  
fertim S. R. E. Cardinalium, & Oratorum Prin-  
cipum; uti loca a dictis Justitiæ Ministris tuta,  
tametsi contrarium esse deberet, in dies confu-  
gere, ac in illis se recipere, & confovere, sicut  
impunitos, quandoque evadere, & Creditores  
executione eorum Creditorum, ut plurimum  
frustrari. Et licet ad huiusmodi ab usum extirpan-  
dum a sel. rec. Julio Papa III. prædecessore nostro  
quædam Constitutio edita fuerit, talium tamen  
Justitiam fugientium temeritatem in tantum  
excevisse, ut non solum se in dictis locis recipe-  
re,

Constitutio  
Pii IV. an.  
1561.

re, sed etiam illa veluti iustitiae minime subiecta, Franchitias appellare non erubescant, tanquam in praedicta Urbe, in qua Summus Pontifex cum Sacro Cardinalium Collegio residet, & ut Christi Vicarius toto Orbi exemplum iustitiae praebere...

Innovata praecedenti Constitutione, ex terminatur Franchitiae...

Clause.

risque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae approbationis, innovationis, sanctionis, voluntatis, Decreti, mandati, & improbationis infringere...

Constitutio Greg. XIII. an. 1579.

§.3. Successive pia memor. Gregorius Papa XIII. itidem Praedecessor noster promulgaverit Bullam huius tenoris, & formae, nempe Gregorius Episcopus Servus Servorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam...

Prescriptum et sequenti praecedentis Constitutionis sub certis penis.

praecipimus observari. Mandantes Gubernatoribus, Magistratibus, Iudicibus, & Executoribus dictae Urbis, ac ceteris omnibus, ad quos spectat, ut gratia, & favore postpositis, illam, & contenta in ea quaecumque omnino exequantur...

Constitutio Sixti V. an. 1585, edita, innovata fuit praecedens Constitutio, atque etiam declarata, delinquentes in penam incurrisse.

Idipsum confirmatum fuit a Praefectis in Bulla Censurae Domini.

Item variis Edictis, etiam ab hoc Pontifice.

§.4. Ac postmodum sa. me. Sixtus Papa V. similiter Praedecessor Noster in speciali Constitutione, qua incipit, Hoc nostro Pontificatus initio inter cetera per eum disposita, pro felici gubernio, quiete, & tranquillitate huius Almae Urbis...

§.5. Cumque etiam iidem, & alii Romani Pontifices itidem Praedecessores Nostri singulis annis Bullam in die Coenae Domini publicare consueverint, in qua inter alia in §.20. excommunicarunt, & anathematizarunt omnes illos, qui per se, seu alios directe, vel indirecte sub quocumque titulo, vel colore invadere, destruere, occupare, & detinere praesumpserint...

natorum publicari mandaverimus; quorum dispositionem in omnibus, & per omnia in suo robore permanere volumus.

§.6. Hinc est, quod nos abominabile, & detestabile Franchitiarum nomen, quae Vulgo dicuntur - Quartieri, contra omne Jus, fasque usurpatum penitus abolere, necnon dictarum Constitutionum majori, & firmiori, ac inviolabili observantiae, & executioni consulere volentes, Motu nostro proprio, & ex nostra scientia, meraque deliberatione, necnon etiam de Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio, & assensu, ac prematura consideratione...

Innovatio, & confirmatio relictarum Constit. cum nova penam maioris excommunicationis, ac latae sententiae Pontificae reservata.

Clause.

§.7. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, privilegiis quoque, & Indultis sub quacumque verborum forma, quomodolibet in contrarium concessis, confirmatis, & iteratis vicibus innovatis, praesentis consuetudinibus, sive potius corruptelis, contra omne Jus, fasque quomodolibet introductis, quas per praesentes improbamus, annullamus, cassamus, atque irritamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.8. Ut autem praesentes ad notitiam omnium, & singulorum deducantur, eas valvis Ecclesiae Sancti Joannis Lateranen., ac Basilicae Principis Apostolorum de Urbe, & Cancellariae Apostolicae, ac in acie Campi Florae affigendamus, & nullus possit exinde excusationem praetendere, seu ignorantiam allegare.

pta Decreta in prefata Provincia Pedemontana precipimus perpetuo servari. Datum Romae in Palatio nostro die 28. Januarii anno Domini 1686.

In Capitulo Gen. definiti sunt, hac Decreta confirmandi Apostolica auctoritate, & servanda etiam in Provincia Poloniae.

§.2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, Decreta hujusmodi subinde per Commissarios a Capitulo Generali Ordinis praedicti novissime celebrato, deputatos, post exactum illorum examen, digna reperta fuerint, quae pro solidiore introductione, & feliciori progressu dictae Reformationis, Apostolica confirmationis patrocinio, si ita Nobis placeret, munirentur, quinimo idem Capitulum Generale Decreta praesentia in Provincia Poloniae dicti Ordinis observari ordinaverit.

Praeces Fratrum Refectoriorum.

§.3. Nos igitur ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratis protegi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinatis, Decreta praesentia, pro Reformatione Provinciae Pedemontanae a memorato Palatio Cardinale, & Protectore edita, ut praefertur, cum omnibus, & singulis in eis contentis, & expressis, auctoritate Apostolica tenore praesentium confirmamus, & approbamus, & in eadem Provincia Pedemontana servari mandamus, illique inviolabilis Apostolica firmitatis robur adjuvamus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

Confirmatio relictorum Decretorum.

§.4. Decernentes eadem praesentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quomodocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in praemis per quocumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, iudicari, & definiiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula.

§.5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus

opus sit Ordinis, & Provinciae hujusmodi, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus: privilegiis quoque, indulgiis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores, praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Pisc. die XXVII. Mar. MDCLXXXVII. Pontificatus nostri Anno Undecimo.

CLXXXIII.

Confirmatur Decretum Congregationis Rituum, quo permittitur Ordini B. Mariae de Mercede Redemptionis Captivorum recitatio Officii cum Missa, S. Raymundi de Penafort sub ritu secundae Classis cum octava.

Die 18. Apr. 1687. An. 11.

B. Raymundus SS. albo adscriptus fuit a Clemente VIII. Const. ed. 1601. April. 29. P. 10. ejusque festum die 7. Jan. ab Inn. vero XI. Const. ed. 1680. Feb. 15. P. 4. extensum fuit Officium B. M. de Mercede. Et Const. ed. 1687. Apr. 18. P. 11. agitur de B. Petro Armengol.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Manavit nuper a Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, sacris Ritibus praeposita ad supplicationem dilecti filii Bartholomaei de Ribero Vicarii, ac Procuratoris Generalis Ordinis Fratrum B. Mariae de Mercede Redemptionis Captivorum Decretum tenoris, qui sequitur videlicet. Sacra Rituum Congregatio ad praeces R. P. Magistri Fr. Bartholomaei de Ribero Vicarii, ac Procuratoris Generalis totius Ordinis B. Virginis Mariae de Mercede Redemptionis Captivorum, referente Eminentissimo, & Reverendissimo Cardinali Capisucco, indulgit, ut Officium cum Missa S. Raymundi de Penafort Ordinis Praedicatorum, quod hactenus sub Ritum Duplicis majoris quatenus die 23. Januarii recitatum est a Religiosis utriusque sexus praedicti Ordinis Beatae Mariae de Mercede, in posterum ab eisdem Religiosis utriusque sexus de Mercede recitari, ac respectivo celebrari possit, & valeat sub Ritum duplici secunda Classis, cum octava, eo quod idem S. Raymundus cum S. Petro Nolascio primo Fundatore, & Jacobo primo Aragoniae Rege in Civitate Barchinonensi de anno 1218. fuit confundator praedicti Ordinis Beatae Mariae de Mercede. Hac die 22. Febr. 1687. I. C. Cardinalis Lad. Bernardus Casalius Secr. Rit. Congregationis Secretarius.

Decretum Congregationis.

Praeces Vicarii, & Procuratoris Generalis.

§.1. Cum autem sicut dictus Bartholomaeus Vicarius, & Procurator Generalis Nobis subinde exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat Apostolicae Confirmationis nostrae patrocinio communiri, plurimum desideret. Nos ipsius Bartholomaei Vicarii, & Procuratoris Generalis votis hac in re quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuentes, eumque a qui-

quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus eius nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, Decretum praesentium auctoritate Apostolica tenore praesentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolica firmitatis robur adjuvamus, salva tamen semper in praemis auctoritate memoratae Congregationis Cardinalium.

Confirmatio relictorum Decretorum.

Clausula.

§.2. Decernentes eadem praesentes literas, semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: sicque in praemis per quocumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, iudicari, & definiiri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque.

§.4. Volumus autem, ut earundem praesentium literarum transcriptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides ubique locorum tam in Judio, quam extra illud habeatur, quae haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibita, vel offensa.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Pisc. die XVIII. Apr. MDCLXXXVII. Pontificatus nostri Anno Undecimo.

CLXXXIV.

Confirmatur Decretum Congregationis Rituum quo conceditur Ordini B. Mariae de Mercede Redemptionis Captivorum facultas recitandi Officium, & celebrandi Missam Beati Petri Armengol Martyris.

Die 18. Apr. 1687. An. 11.

Hic Beatus declaratus fuit Religiosus d. Ord., & non Trinitariorum a Clem. IX. Const. ed. 1675. Apr. 20. P. 5. de S. Raymundo altero hujus Ord. Sancto vid. Const. praecedentem. Et de Beata Maria de Foco vid. ad Inn. XII. Const. ed. 1696. Jan. 30. P. 5. Const. vero ed. 1696. Julii 6. P. 5. agitur de Festo laudati B. Petri.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Nuper ad supplicationem dilecti filii Bartholomaei de Ribero Vicarii, & Procuratoris Generalis Ordinis Fratrum B. Mariae Virginis de Mercede Redemptionis Captivorum emanavit a Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus praeposita Decretum tenoris, qui sequitur videlicet. Cum Sac. Rituum Congregatio die 23. Martii 1686. ad relationem Eminentissimi, & Reverendissimi Cardinalis Azzolini declaraverit, consistere de cultu

Decretum Congreg. Rituum pro festo d. S. die prima

a tempore immemorabili praestito dicto Beato, & de casu excepto a Decretis fel. rec. Urbani VIII. cum approbatione Sanctissimi Domini subsequente die 28. dicti. M. n. s. Hodie ad evixas praeces R. P. Magistri Fr. Bartholomaei de Ribero Vicarii, & Procuratoris Generalis praedicti Ordinis, eadem Sac. Congregatio referente eodem E. n. s. auditore in voce, & in scriptis Reverendissimo D. Fidei Promotore, censuit concedendam esse omnibus Religiosis utriusque sexus ex praefato universo Ordine B. Mariae de Mercede tantum facultatem recitandi Officium, & celebrandi Missam in honorem d. Beati Petri Armengol. de omnium unius Martyris quotannis die 1. Septembris anniversaria obitus ejusdem Beati, cum lectionibus, & oratione pariter de Communi sub Ritum duplici secunda Classis cum octava, ut in libello impresso Officiorum praedicti Ordinis, seu Religiosis, si Sanctissimo Domino nostro placuerit hac die 23. Januarii 1687. Et factis de praedictis verbo cum Sanctissimo, Sanctitas sua benigne annuit die 3. Februarii 1687. H. C. Ludovicus, Bernardus Casalius Sac. Rit. Congr. Secretarius.

Septem. sub ritu 2 Classis cum octava.

§.1. Cum autem sicut dictus Bartholomaeus Vicarius, & Procurator Generalis Nobis subinde exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, Apostolica confirmationis nostrae patrocinio communiri plurimum desideret: Nos specialem ipsi Bartholomaeo Vicario, & Procuratori Generali gratiam facere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus eius nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, Decretum praesentium auctoritate Apostolica tenore praesentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolica firmitatis robur adjuvamus: Salva tamen semper in praemis auctoritate memoratae Congregationis Cardinalium.

Praeces Vicarii, & Procuratoris Gen.

§.2. Decernentes eadem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & omnia plenissime suffragari. Sicque in praemis per quocumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores iudicari, & definiiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Confirmatio relictorum Decretorum.

§.3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque.

Clausula.

§.4. Volumus autem, ut earundem praesentium literarum transcriptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides tam in Judio, quam extra illud ubique locorum habeatur, quae ipsis praesentibus haberetur, si forent exhibita, vel offensa.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Pisc. die XVII. Apr. MDCLXXXVII. Pontificatus nostri anno Undecimo.